

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor aq  
cum fonte primo

Sapiencia est Deus et uult amari  
non solum dulciter sed et sapienter.

Alioquin facilime zelo tuo spiritus illudet  
erroris, si scienciam negligas.  
Non enim habet callidus hostis machinamentum  
efficacius ad tollendam de corde dilectionem,  
quam si efficere possit  
ut in ea incaute et non cum ratione ambuletur.

Bernardus super Cantica sermone XXX.

Sapientia est Deus, et vult se amari  
non solum dulciter, sed et sapienter.

Unde Apostolus: RATIONABILE,  
inquit, OBSEQUIUM VESTRUM.

Alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet  
erroris, si scientiam negligas:  
non habet callidus hostis machinamentum  
efficacius ad tollendam de corde dilectionem,  
quam si efficere possit,  
ut in ea incaute et non cum ratione ambuletur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super  
Cantica canticorum*, 19.7 (SBO 1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.113, ll.12-  
17).